Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Sammelhandschrift - Cod. Aug. perg. 229

[S.l.], [1. Drittel des 9. Jh.]

Isidorus, Etymologiae (III.iv)

urn:nbn:de:bsz:31-1692

Visual Library

Et in kl unus dies est;

Dies anni ccclxv. Annus ebd. lii
annus hor. viii dcclx. agmi-
nat pasche ad undecimo kl apł
usq; in viiii kl maias. lunae
lunę de xv usq; in uicesima prima
hic est calculus lunę:

Quadrifarie tempore anni quattuor
que uer. estas. autumnus. et hiemps
primum uer oritur viiii kl mart.
permanens dieb; xcii. Estas uero tempus
incipit viiii kl iun. permanens dieb.
xci. Hiemps inchoat viiii kl decemb.
permanens diebus xc. Et inde fiunt omni-
um simul dies ccclxv. Ver con-
stat ex humore et igne. Estas ex
igne et siccitate. Autumnus ex siccita-
te et frigore. Hiemps ex humore
et frigore:

Item de lexiudan numaz lysidorus dicit:

Regionum nostrorum condemnacionem
rnonem lnm ut aut omnium tecum
renbaupe rum lo cus quendam

ego

mysterium habet et lucem. Senarius enim
numerus. qui partibus suis perfectus est. per-
fectionem mundi. quadam sui significatio-
ne declarat. Et XL. diebus quibus moyses
et helias ieiunaverunt. sine numeri per-
fectionem. non intelleguntur. Tolle nume-
rum in rebus omnibus et omnia pereunt. Adime
seculo computum. et cuncta ignorantia ceca
complectitur. Non enim multum a ceteris
animantibus distant. qui calculi ratio-
nem nesciunt. et figurantur. Multa
mysteria in ecclesia per numerorum nomi-
na. ab uno usque ad centena milia.
Non enim frustra in laudibus dei dictum est.
Omnia in mensura numero et pondere fe-
cisti.

DE NOMINIBUS TEMPORUM. ET DIVISIONES.

Divisiones temporum sunt XIIII. que eorum
his nominibus intelleguntur. Athomus.
Momentum. Minutum. Punctum
Hore. Quadrans. Dies. Ebdomada.
Mensis. Tempus. Annus. Etas. Seculum.
Mundus. Athomus. grecum nomen est.
et interpretatur divisus. vel indivisibi-
lis.